

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Quotuplex sit indulgentia, & quem effectum habeat. 3

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76649)

segno. Quorum fundamentum est: quia penarum debitarum remissio in tantum per Indulgencias sit, quatenus ex satisfactionibus Christi, & sanctorum soluitur, quidquid debitor solvere debebat. Sed ad hanc solutionem nihil aliud requiritur, quam quod tantum premium ex thesauro Ecclesiæ exhibetur, quantum debitum est. Ergo nullum alium actum præter distributionem thesauri, & illius applicationem, Indulgenciarum concessio continet.

12. Nihilominus distinguendum est inter Indulgencias pro viuis concessas, vel pro defunctis. Concessio igitur Indulgenciarum pro viuis non solum continet veram thesauri distributionem & applicationem, sed etiam veram abolitionem, remissionem, & condonacionem penarum media illa satisfactione ex thesauro Ecclesiæ exhibita: at concessio Indulgenciarum pro defunctis nullam abolitionem, vel remissionem à Pontifice factam cōtinet, sed sola pretij debiti exhibitione, & illius per Deum acceptatione fit pena remissa. Si expreſſe Bellar. lib. 1. de Indulg. s. 5. quem sequuntur Suar. Disp. 4. a. 9. & 10. Coninch. Disp. 12. dub. 2. n. 10. & 11. Lat. Valen. 1. 4. Disp. 7. q. 20. p. 1. circa med. Ratio posterioris partis manifesta est: Nam Pontifex iurisdictione exercere non potest in defunctione eius, sicut fuit ones, quas Pontifices placere possit. Quapropter iolum potest ex thesauro Ecclesiæ, in quem iurisdictione habet, eam satisfactionem accipere, quia ipsi defuncti indigent ad plenā suorum peccatorum satisfactionem, eamque viuentibus tradere, ut summo Deo offerant, quam Deus pro sua benignitate accepit: penas debitas immediate remittit. Ratio vero prioris partis est: quia non implicat, sed potius maximè decet, cum Pontifex pro fidelibus exhibet diuinæ Majestati ex satisfactionibus Christi, & Sanctorum, quidquid necessarium est ad integrum penarum debitarum solutionem, ut simili nomine Christi penas debitas remittat, illisque a debito penatum aboluat: quia in hac absolutione, & clausura Ecclesiæ, potestaque soluendi virtutem & iurisdictionem exercet, & suā potestate cōmendat. Quod vero sic fiat, colligitur ex pluribus Pontificis decreto, ubi Indulgenciarum concessione appellant relaxationem, condonacionem, & abolitionem: & praecipue probatur manifeste &c. Quod autem de penit. & iurib. negat Pontifex conequi non iubet Indulgencias: quia comparatione illorum non est potest ligandi, aut solvendi. Cenfet ergo pontifex, coincidentem Indulgencias propriæ abolitionis actum exercere. Alias nulla est ratio, ob quam non possit Episcopus sibi non subditis Indulgencias concedere contra prædictum cap. Quod autem.

13. Rursus hic actus iurisdictionis, qui comparatione subdottom exercetur in concessione Indulgenciarum, non est actus iurisdictionis coactiæ, sed voluntariæ: quia non ligat, sed solvit, & non solvit, nisi volenter: id est nunquam conceditur, nisi sub onere aliquo operis voluntarij, sicuti notavit Suar. Disp. 4. q. 5. n. 9. Aloys. Riccius resol. 306. n. 5. Bartol. aleg. 88. n. 16. Laym. lib. 5. sum. tract. 7. c. 1. n. 5. Coninch. Disp. 12. dub. 1. n. 11.

14. Hinc sit, Pontificem, vel Episcopum concedentes Indulgencias, eas lucrari posse quia elto, nemo in se ipsum exercere iurisdictionem coactiæ posset, bene tamen voluntariæ. Praterquam quod ipsi partes sunt Communia, cui Indulgencia conceduntur. Non igitur debet esse deterioris conditionis. Atque ita latè probat Suar. Disp. 52. q. 1. a. n. 14. Azor. p. lib. 3. cap. 55. quæst. vlt. Layman. tract. 7. cap. 1. circa finem. Bonac. Disp. 6. de Indulg. quæst. 1. par. 3. num. 16. Bartol. p. 1. de pot. Episcop. alegat. 88. in fine. Belarmin. lib. 5. cap. 6. in fine. Emman. Sa Indulgencia, num. 17. & alij plures apud ipsos.

## P V N C T V M I I I .

Quotuplex sit Indulgencia, & quem effectum habeat.

1. Indulgencia alia est totale, alia partialia.
2. Partialia alia est determinata, alia indeterminata.
3. Proponitur quedam obiectio, & solutio.
4. Qualiter intelligatur clausula illa sapientia apposta in Indulgenciarum concessione de penitentiis iniunctis.
5. Penitentia iniuncta in Sacramento Penitentia non remittitur directe.
6. Neque item publica, & iudiciale.
7. Prædicta clausula non restrinquit concessionem, sed ampliat.
8. Explicatur sensus predictæ clausule.
9. Qualiter intelligatur clausula, de peccatis, de quibus contritus, & confessus es.
- Proponitur ratio dubitandi.
- Satis est probabile, ad omnia peccata extenuare.
- Qualiter Indulgencia plena, plenior, & plenissima intelligatur.
- Proponitur quadam obiectio, & solutio.
- De divisione Indulgencia in personalem. & realem, seu localem.

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Pars IV.

10. Qui possint lucrari Indulgenciam concessam horum in aliis ciuitatis.
11. Qualiter visitanda sit Ecclesia ad lucrandas Indulgencias localem.
12. Quis sit Indulgencia effectus.

1. Primo, dividitur Indulgencia in totalem, & partiale: quia divisionem insinuat Clemens in Extraaganti, Vngeneris de penit. & remissionib. dicens, thesauri Ecclesiastici dispensationem Petro esse communiam, nunc pro totali, nun pro partiali remissione penarum temporalium pro peccatis debitis applicandam. Totalis igitur indulgentia dicitur, quæ totam penam remittit ei, cui applicatur. Et licet debita inæqualia sint: quia vnu debitus grauius est debito alterius, abundantiore inquit satisfactionem expostulat, nihilominus indulgentia totalis concessionem omne debitum plenè remittit, sicuti contingit in Baptismo, qui omnem penam pro peccatis debitam remittit, non solum ei, qui leuem tenebatur lucrescere etiam ei, qui grauissimam debebat sustinere. Partialis vero indulgentia est illa, quæ per se non integrum penam, sed partem remittit.

2. Hæc partialis indulgentia alia est indeterminata, alia determinata. Indeterminata est, cum conceditur remissio tertiarie, vel quartæ partis penarum debitarum. Nam, cum in diversis subiectis debita inæqualia sint, effectum remissionis indeterminatum habet, hoc est, maiorem, vel minorem pro qualitate fulcipientem, ex se tamen efficax est ad remittendam tertiam, vel quartam partem, quæcumque sit, ut benè Suar. Disp. 50. q. 1. in fine. Determinata vero, quando conceditur remissio decem, vel centum annorum. Ebenim antiquo tempore pro grauibus criminibus penitentia publica imponabantur: pro criminis aduerteri, sepius anni penitentia erant assignati, iuxta textum in c. Hoc ipsum. 33. q. 2. Pro aliis criminibus quadragesima dies ieiunij in pane, & aqua designabantur, qui per rite a principio Quadragesima vñque ad diem Cenæ Domini perdurabant, vñ colligitur ex can. In e. 50. Disp. Quod ieiuniuum Cenæ vocabatur, carendo cibo, & potu, hominimque confortio. Si vero delictum extraordinarium esset, sicuti fuit illius, qui per falsam accusationem alteri mortem incolit, cuius meminit textus in c. Accusati. 8. de accusationib. vñraq; poenitentia, & quadragenarij ieiunij, & septem annorum imponitur: si delicta multiplicaretur, pro illorum multiplicitate, & grauitate penitentia designabantur. Quando igitur indulgentia quadragena conceditur, intelligendum est, concedi eam penam remissionem, quæ quadragena penitentia obtineretur. Si autem indulgentia septena conceditur, ex remissio conceditur, que per penitentiam septem annorum obtinenda foret. Atque id est, quod indulgentia alicuius anni conceditur, credendum est, concedi eam remissionem, quæ penitentia communis, & iuridica illius anni obtinetur: sicut ex communione Suar. Disp. 50. q. 5. a. n. 11. Valen. tom. 4. Disp. 7. quest. 20. p. 1. ad fin. Coninch. Disp. 12. dub. 5. Laym. lib. 5. sum. tract. 7. c. 1. in princ. Bonac. Disp. 6. q. 1. p. 2. n. 21.

3. Sed aduersus hunc modum dicendi obstat, affectum indulgentiae indeterminatum esse, eo quod determinari non potest remissio, quæ per penitentiam efficitur, quippe haec crescere, & minui potest, tum ex feruore operantis, tum ex gratia habituali, tum ex fine, tum ex intentione, & duracione. Sed respondeo cum supradictis Doctoribus, in hac indulgentiarum concessione spectari tantum remissionem, que per penitentiam quadragenam, vel septenam exierit liberè factam abstrahendo ab aliis circumstantiis obtineretur: quæ remissio determinata est, & Deo cognita: ac proinde effectus indulgentiae determinatus esse potest. Vel dic cum Suar. Disp. 50. q. 5. num. 16. spectandum esse statum, quo te ad lucrandum indulgentiam disponis, & iuxta illum, qualitatemque operis iniuncti menunarundum esse indulgentia effectum; ita ut effectus indulgentiae vñus anni aquerit remissionem, quam obineras per prædictum opus, si per annum duraret, & sic indulgentiae effectus determinatus erit, tametsi in uno abundantior, quam in alio.

4. Porro quadragena, vel septena, vel alia determinata indulgentia concedi solet, non abolute, sed cum hoc addito de penitentia iniunctis, colligitur ex c. Cum ex eo de penit. & remiss. & c. Romana. eodem tit. in 6. & Clement. vn. de Reliquis, & venerab. Sanctor. Que verba non, leuem patinuntur difficultatem, qualiter intelligantur. Nam plures, graueque Doctores, Paludan. 4. Disp. 20. q. 4. Caietan. opus. de Indulg. c. 2. & 7. Nauar. eodem, not. 11. n. 13. Cordub. q. 9. Henr. lib. 7. c. 6. n. 2. & alij exultant, ex vi illorum verborum concessionem restringi, ut solum intelligatur temiti reatus penarum temporalium, pro quo soluenda penitentia iniuncta sunt. Mouentur quia illa verba aliquem effectum operari debent, ne fructu censoriantur apposita, neque appetat alius effectus prædicti supradicti, quem operari possint.

5. Ceterum, ut quid tentiam, paucis exponam, dicendum primo est, ex forma huius indulgentiae penitentias in sacramentali foro iniuncta nequam dare, remitti posse.

Quia obligatio eas exequendi orta fuit à Confessario, supremo Iudice, & Dei vices tenente; Indulgentiarumque confessio non est directa preceptorum dispensatio, sed applicatio satisfactionis ex Christi thesauro pro peccatis debitis. At esto, per Indulgentias penitentias in sacramentali foro iniunctas, remitti directe non possunt, bene tamen indirecte, rollendo materiali, & fundatentium illius obligacionis. Etenim, cum obligatio exequendi penitentiam iniunctam supponat reatum peccati, pro quo solendo imposita sit, sublatro per Indulgentiam eo reatu cessare obligatio penitentiae iniunctae. Atque ita docet Suar. alii relatis disp. 50. s. 4. Coninch. ex parte disp. 12. cons. 1. n. 16. Hoc autem intelligendum est (ut bene adiuet) Suar. n. 7. & diximus tract. de penit. p. 7. de satisfact. I modo penitentia in solam peccatorum vindictam iniuncta sit, non in illorum medelam, sicut censenda sunt ferre omnes penitentias hoc tempore impositas; quarum obligatio per Indulgentias cessare non potest, cum Indulgentiae appetitum non fruantur, nec prauum habiebunt destruant, nec passiones remittant.

6. Secundum dico: Publica, & iudiciale penitentiae, quaeque in satisfactione in Ecclesia ob peccata scandalorum apponuntur, nequaquam ex vi predicta Indulgentiae conferri possunt directe remitti; quia Indulgentia non ad satisfaciendum Ecclesiam, sed ad satisfaciendum Deo pro peccatis debita dirigitur, contingere potest, Deo plene esse factum: & nihilominus Ecclesiam peccatum punire velle, & debitam de illo satisfactionem sumere. Regulariter autem, praecepit iure antiquo spectato, concessa Indulgentia de penitentias iniunctis, simul illarum obligatio remissa est, censetur, ut supponunt Nauar. Cordub. Caet. Henr. & alii superius relati.

7. Tertiò dico, per predictam Indulgentiam de penitentias iniunctis non restringi concessionem ad remittendum reatum peccatum illorum peccatorum, pro quibus penitentiae iniunctae sunt, ut latè & eruditè probat Suar. disp. 50. s. 3. & 14. Coninch. disp. 12. trab. 3. cons. 4. & 5. Consentit Laym. p. 7. & 10. q. 2. at vero. Quia nulla singula potest congrua ratio, ob quam veler Pontifex reatum illorum peccatorum remittere potius, quam aliorum: quinimodo gravis congruentia adest, non leviter persuadens, Indulgentiam nullatenus ad predictum reatum restringi: quippe sapientia est Indulgentia, si penitentias iniunctas excutus es, & ob earum executionem reatus peccatum illorum peccatorum sublatus. At credendum non est, Pontificem velle exequenter penitentias iniunctas, & pro peccatis satisfaciens priuare Indulgentias, quas negligenter predictam satisfactionem concedit.

8. Quocirca, duplum sensu ex ultimo predictam concessionem habere posse. Primus est, ut ea remissio concedatur, que per penitentias iniunctas si executione mandata essent, obtineretur: autem Indulgentia, etsi, directe delectur ad tollendum reatum peccatorum, pro quibus penitentiae iniunctae sunt, indirecte tamen ad cuiuslibet peccati remissio. non prodebet. Secundus sensus probatur a Suarez, Coninch. & Layman. s. p. 7. & ut illa verba non restrictionem, sed potius applicationem significantur, si dicere Pontifex: Quadrage-nam Indulgentia concedo, etiam de penitentias iniunctis. Nam reatus peccatum, ob cuius solutionem penitentiae iniunctae sunt, difficiliter remitti liberaliter debet, quam quilibet alius reatus ille enim iub. Iudicis sententia continetur, hic vero sub nullum iudicium cadit. Præterquam quod nimis odiosum est, & disciplinam Ecclesiasticam enervat, iniunctas penitentias relaxare. Ergo Pontifex concedens Indulgentiam reatus difficultioris, censendus est facilius reatus remissionem concede-re, argumentum texti in cap. Ex parte 17 de decimis. ibi: Vbi maius conceditur, & minus concessum esse videtur. Præcipue enim illud minus sub maioris contingat, neque diversa rationis sit, & verba privilegij absque vila violencia virutumque comprehendere possint latamque admittant interpretationem, iuxta texti in cap. Olim. de verbis significat. &c. Quia circa de privilegi. Addicuntque Suar. dicta s. 3. n. 15. optimum simile ex facultate concessa aliqui absoluendi a rebus suis, quia fine dubio extenditur ad non resuitorum abolitionem, ut potest minus difficulter concessa.

9. Rursum Indulgentia concedi solet de peccatis, de quibus contritus, & confessus es, sicuti in Concilio Lateranensi concessit Innocent. III. subdium ferentibus pro expeditione terræ sanctæ de qua confessione dubitatur, an constituit totalē, an partiale Indulgentiam. Et ratio dubitandi est: quia pluribus aliis peccatis, tum mortalibus, tum venialibus gravari potes; quorum tamen contritionem directe non habueris, neque illa confessus sis. Nam, si sunt peccata venialia confessioni necessaria non subiiciuntur, neque omnia potes moraliter subiicere. Si mortalia sunt, sapientia inculpabiliter omittis confiteri, vel, quia memoria non occurrit, vel, quia impotens es physicè, vel moraliter ad eorum confessionem faciendam. Si igitur Indulgentia concessa tantum sit, prout sanat, de peccatis, inquam, de quibus es contritus, & confessus non plena, sed partialis Indulgentia est.

10. Ceterum, credo esse factum probabile, ex vi predictorum verborum non restringi Indulgentiam ad peccata de quibus de facto, & in re contritus, & confessus sis, sed ad omnia peccata extendi, de quibus contritus, & confessus es, quatenus ad eorum remissionem contrito, & confessio opus fuerit. Etenim cum ad remissionem peccatorum contrito perfetta & simul cum confessio necessaria non sit, sed virtute contritionis perfecta confessionem voti includentis, & virtute attritionis simul cum confessione peccata remittantur, credendum non est, Pontificem Indulgentiam restinxisse ad ea sola peccata, quorum contritionem habuisti, & confessionem subiicisti, sed potius confessionem extendere ad omnia peccata, que tibi remissa sunt, cum necessaria omnia illa, si mortalia sine, debeant remitti contritione, & confessione in te, vel in voto. Si vero venialis, saltem contritione imperfecta. Mouet ad hanc explicationem, tum ob rationem dubitanti: tum quia peccata, de quibus expressè contritus non es, neque confessionis subiecti, efficiacis exigunt Indulgentiam, quam peccata, que contritione, & confessione remissa sunt, cum horum reatum ex opera operato, & virtute Sacramenti solum ex parte remittatur tum præcipue ex Jubileto concessa ab Innocent. III. subdium ferentibus pro expeditione terræ sanctæ: concedit namque Innocent. his, qui suis sumptibus alios ad bellum miserent, plenam suorum peccatorum veniam: illis vero, qui propriis viribus bello inferuerint, concedit plenam Indulgentiam suorum peccatorum, de quibus liberaliter fuerint corde contriti, & confessi. At non est verisimile, voluisse Pontificem abundantiorem gratiam conferri iis, qui alios ad bellum destinauerint, quam iis, qui propriis viribus bello inferuerint. Ergo illa verba, corde contriti, & confessi, non sunt Indulgentiae totalis restrictiva, sed solum appositum maioris explicacionis gratia. Tum denique, quia graues Doctores hanc explicationem firmant, ut videre est in Glossa Clement. vñc. de Reliquis, & venerab. Sandor. verbo. Confessi Abbate, & Ioann. Andr. & alii apud Sylvest. verbo. Andaluzia, q. s. 7. distinc. 2. Angel. num. 18. Valud. disp. 20. q. 4. art. 3. Et probabile reputat Suar. disp. 50. s. 1. num. 10.

11. Denique solent Pontifices in indulgentias concedenda aliquando uti verbo plena, aliquando, pleniori, aliquando, plenissima: quorum mentio fit in Extraaug. Antiquorum, de pat. & remiss. ibi: Non solum plenam, largiore in modo plenissimam omnium suorum concedimus veniam peccatorum. Ob que verba non desunt Doctores, qui sentiant, solam indulgentiam plenissimam esse totalem, plenam, & pleniori esse partalem. Sic D. Antonin. 1. p. 10. c. 1. Suppl. Gabr. in 4. disp. 45. qu. 3. Maior. s. 10. s. 20. q. 8. col. 8. Nauarr. de Indulg. notab. 9. Nam indulgentiam affirmant extendit ad sola mortalia, de quibus confessio facta est, vel ad penitentias iniunctas pro peccatis confessis. Pleniori extendit ad penitentias, que pro peccatis confessis iniungendas essent, & ad peccata venialis. Plenissimam vero dicunt esse totalem: quia ad omnem peccatum quilibet peccati, siue mortalisi, siue venialis, siue confessi, siue non confessi, modo remissum sit, quoad cuncta se extendit.

Et quidem posse Pontifices hoc modo indulgentias concedere, dubium non est. At spectato praetexto Ecclesia vnu verius existimo, quilibet ex predictis verbis, totalem, & integrum peccata debita remissionem significari, solumque ad maiorem exaggerationem, & indulgentiae commendationem apponi. Sic Gloria dicit in dicta Extraaug. Antiquorum, verbo. Plenissimam. Sic tradit Sotus in 4. disp. 2. 21. q. 2. art. 1. Cordub. de indulgent. q. 11. Bologn. iii. de Indulg. num. 100. Henr. lib. 7. c. 15. n. 7. lit. X. Suar. disp. 50. s. 4. n. 7. Colliguntur aperte ex Extraaug. Quidam modum de penitent. & remiss. ibi: Sixtus IV. volens reuocare indulgentias, quæ ad instar jubilee concessæ sunt, solidum dixit, se renovare omnes, & singulas plenarias indulgentias. Sentit ergo, plenariam indulgentiam totalem esse. Idem constat ex Martino V. in fine Concilij Lateranensi. probarique potest haec exppositio ex elegantia Papiniani responsu in leg. s. cum dies. 26. 8. plenam. s. de recept. arbitr. vbi pleno compromiso nihil plenius esse iudicatur.

12. Sed obiecti potest: Aliquando ultra indulgentiam plenariam aliquot dies, vel anni in indulgentia conceduntur, ut videatur est in indulgentia, que communiter circumferuntur concessa gratia benedicti ab Adriano VI. Si autem indulgentia plenaria totam peccata semiteret, superflue illorum annorum addicione fieret. Huius objectioni aliqui respondent, ut refert Cordub. de Indulg. q. 11. in fin. ex stylo Ciriæ antiquo eam formam esse introductam ob opinionem varietatem, quam solutionem reprobat ipse Cordub. & merito reprobanda est: ea enim posita manifeste concinuitur, concessionem indulgentiae plenariae. Pontificem indulgentiam totalem non concedere, sed partalem, iuxta opinionem eorum, qui partalem indulgentiam esse sentiebant. Quod vero Corduba inquit, id factum esse, ne indulgentia carcer efficta ob insufficientiam cause, minus probabile est, ut recte inquit Suar.

Suar. statim referendus. Nam esto, causa insufficiens sit ad rationem indulgentiam, si tamen ad aliquam partem sufficit, ea pars concedetur, tametsi sub forma indulgentiae plenariae concessio facta fuerit. Quapropter placet sententia Suar. disp. 50. sent. 9. affirmans, primò nulla bulla, vel decreto authentico cam formam inueniri, sed proinde non esse credendum, & aliquando Pontificem vnum esse. Quod si de facto ea vlti resperatur, presumi debet, si verba concessionis patienter pro diuersis temporibus concedi. Si tamen constet pro eodem tempore, & sub eadem actione concessionem esse factam, credendum est, indulgentiam plenariam operanti applicari dies vero, vel annos superadditos animabus purgatoriis per modum suffragij, quia nulus aliis sensus excoigitari potest, in quo illa additio effectum habere possit.

13. Secunda diuisio indulgentiae factis communis est, in personalem & localem, seu realem. Personalis est, qui persona conceditur, quamque secum defert quocunque proficiatur. Localis est, que alicui pio loco annexa; non quia ipse locus capax sit alicuius indulgentiae, seu remissionis, sed, quia in eius favorem hominibus ibidem orantibus indulgentia conceditur. Quia ratione aliquibus agnis beneficiis, imaginibus, &c. Indulgentia concedit seipsum, non quidem ipsius, sed hominibus illa deferentibus vel coram ipso orantibus.

14. Circa quam diuisiōnē aliquor difficultatēs endan-  
da occurunt. Prima, circa in indulgentiam personalem, quae in-  
quam, personae lucrari possint indulgentiam concessam ho-  
minibus alicuius ciuitatis aliquod primum opus praefaciuntur; v.g. visitantibus aliquam Ecclesiam, aut aliquam eleemosy-  
nam diligenteribus. Et dubium est, cum de Clericis, tum de religiosis exceptis, cum de aduenis.

Et quidem clericos illius ciuitatis lucrari illam indulgen-  
tiam posse, est omnino certum; quia etio in odio suis sub populo non comprehendantur clerici, vi probat textus in cap. Ei sententia, de sen. ent. excommunicat. in. 5. ac in favorabilibus, ut sunt indulgentiae, non est dubium comprehendendi: quia sunt praeci-  
pua pars populi Christiani. cap. Duo sunt. 11. quæst. 1. Quinimodo non solum clerici illius ciuitatis, sed etiam illius Ecclesie, in  
qua sita est indulgentia, lucrari possunt quia non debent esse  
deterioris conditionis, præcipue enim ipsi, sicut & ceteri, opus  
in iunctum pro obsecione indulgentiae praestare possint, vi re-  
dictum Cordub. tradit. Suar. disp. 52. sent. 1. num. 13. in fine. tamet-  
si contraria sententia Felin. tract. de indulgent. plenar. n. 35.

Religiosi vero eam indulgentiam lucrari possunt, esto, sit, indulgentia ab Episcopo concessa. Nam esto, ab eius iurisdictione exempti sint, cum corum exemplo, non in detrimentum, sed pro fauore facta fuerit, a priuilegiis, & fauoribus non excludantur, sed pro illis obviandis episcopali iurisdictioni se habucere possunt, nisi specialiter huius prohibiti, se subiungere in peccatorum abolutione & iuramentorum & vororum dis-  
positione. Atque ita docuit Suar. disp. 52. sent. 1. n. 13. Laym. 4. sum. ir. 7. c. 1. n. 5. Emman. Sà indulgentia. n. 15. Barbola aliis  
relat. 3. p. de potest. Episc. alleg. 88. n. 27.

Advenit vero, & peregrini optimè, possunt lucrari indul-  
gentiam ab Episcopo concessam visitantibus aliquam Eccle-  
siam: ratione enim transiuntis visitationem ei subduncunt, vi  
dictum Barbola de potest. Episc. 3. part. alleg. 88. na. 2. Laym.  
& Sà loc. alleg. Illud vero communius, si Episcopus proprius  
peregrinatus facultatem concedat lucrandi indulgentias  
ab aliis Episcopis concessas, eas lucrari posse. Tum quia ita  
colligitur ex textu in cap. Quod autem de penitentia & re-  
missione, tum quia vi illius licentie alienis Episcopis subdun-  
tur. Atque tradit Abbas in d. cap. Quod autem n. 7. vers. 1. l. im-  
m. Ludovic. Bolognin. tract. de indulg. n. 60. Babol. dicta  
alleg. 88. n. 15. Emman. Sà verbo, indulgentia. num. 16. Layman.  
trad. 7. c. 1. n. 5.

15. Circa localem indulgentiam difficultas esse potest, qua-  
liter visitare Ecclesiam debeas, vt indulgentiam obtineas? Quia in re certum est, obligatum esse ex fine, saltem virtu-  
ali, colendi Deum in se, vel in aliquo sancto qui ibi specialiter  
honoratur, visitationem praestare: quia visitatio iniuncta  
ad indulgentiam & remissionem peccata debita  
obviandam honesta & religiosa esse debet: sicuti probat  
textus in Extraua Vigenitius, ibi: Deuotiss. & in Extraua,  
Quemadmodum, ibi: Reuerenter. & tradit Nauar. in cap. Si  
quando de conser. disp. 1. ca. 6. §. 14. Cordub. de indulgent. quæst.  
25. Emman. Rodriqu. in summ. cap. 265. n. 7. Suar. disp. 52. sent. 1.  
num. 4.

Sed an opus sit ad hanc visitationem Ecclesiam ingredi, an  
satis sit ante fores Ecclesie orationem fundere, præcipue cum  
pro multitudine peregrinorum ab ingressu impediatur? Dicen-  
dum videtur, satis esse, si ad fores adiustas: quia est moralis  
Ecclesie visitatio, præcipue cum nomine Ecclesie ceme-  
terium congruum comprehendatur. Atque ita tradunt Emman.  
Rodrig. supra n. 6. Suar. disp. 52. sent. 1. n. 7.

16. Ex supradictis omnibus constat, quinam sit effectus  
indulgentiae? Nam cum indulgentia, non ad remissionem  
culpa sed penitentia temporalis referatur, indulgentia plenaria,  
sua totalis, omnem penitentiam remittit, partialis vero

partem secundum formam concessionis. Quod si per aliquam  
indulgentiam, seu iubilatum remissio à culpa, & à pena con-  
cedatur; intelligi debet simul cum indulgentia concessione  
facultatem absoluendi à culpis concedi, sicuti notarunt Ro-  
drigu. in explicit. Cruciat. in princ. nu. 3. Cordub. de Indulg. sent. 8.

## P V N C T Y M IV.

De forma seruanda in Indulgentiae concessione, &  
de eius interpretatione.

1. Nulla est determinata forma, sed solum requiritur, ut voluntas concedentis facta exprimatur.
2. Affirmant plures verba dubia in Indulgentiarum concessione stricte interpretanda esse.
3. Alij negant.
4. Solvuntur fundamenta opposita.
5. Approbatur hac posterior sententia, reprobatis quibusdam distinctionibus.
6. Explicatur qualiter verum sit, Indulgentiam valere tantum, quantum sonat.
7. Ex facilitate concessa ad remittenda peccata, nos inferuntur concessam esse potestatem Indulgentias concedendi.
8. Qualiter potestas absolute concessa concedendi Indulgentias limitari debet.
9. Aliqui censem sub verbis communibus, Indulgentiam conce-  
di posse.
10. Verius est oppositum.
11. Necessarium est, sicut in genere, quantitatem Indulgentiae declarare.
12. Indulgentia concessa pro mortis articulo regulariter presumpto intelligitur.
13. Qualiter intelligitur ea conditio: Dummodo in Ecclesia alia similes Indulgentia concessa non sit.

1. Neque ad communicandam potestatem concedendi Indulgentias, neque ad illarum concessionem alia forma requiritur, præter eam, quæ sufficiens concessionem exprimat. Nam, cum iure ipso nulla verba determinata sint pro communicatione potestatis concedendi Indulgentias, vel pro illarum concessione, absque fundamento determinata aliqua forma postularetur. Quod vero necessarium sit, utrumque concessionem sufficienter exprimere; et omnium sententiæ, teste Suar. disp. 56. sent. 1. num. 4. quia est actus iurisdictionis ecclesiastice in Ecclesia visibili, & in fauore hominum: debet ergo sufficiens exprimi, & declarari. Atque ita docet Coninch. disp. 12. dub. 4. n. 22.

2. Sed, quia sunt aliqua verba, vel signa, quæ concessio-  
nem, cum potestatis, tum Indulgentiae limitate, vel extende-  
re possunt, iuxta varias Doctorum interpretationes, exami-  
nandum est, an late, vel stricte interpretandam sint: Prima senten-  
tia defendit, stricte interpretandam esse. Ita Innocent. &  
Hostiens. in c. Licer. de translat. Episc. Bald. in sua Margarita,  
verbo Indulgentia. & leg. Humanitatis. Cod. de impub. & aliis  
substitut. Palud. in 4. dist. 20. quæst. 4. art. 3. Nauar. de Indulg.  
notab. 9. num. 8. & 9. Probatque Nauar. primò ex reg. Can-  
cellar. 57. vbi Indulgentia concessa alicui Ecclesia pro aliquo  
facto, tametsi in singulos annos concedatur, restringitur ad  
vingenti annos. Deinde concessa alicui loco, qui aliam Indul-  
gentiam similem habeat, nulla est, si in concessione potes-  
tatis non fuerit mentio prioris facta, iuxta reg. 58. Et regu-  
lariter non absolute, sed tempore limitato, per quatuor in-  
quam, vel quique annos solem Pontifices Indulgentias con-  
cede, iuxta reg. Cancell. 59. Quia omnia videntur probare,  
Indulgentiarum concessionem stricti iuri esse. Secundò, quia  
concessio Indulgentiarum continet dispensationem in iure  
diuino, & distributionem artis alieni: at hac stricte interpretan-  
tur. Ergo. Tertiò, esto, Indulgentia sit fauor ei, cui sit: at  
respectu Communitatibus non videtur esse: quippe disciplinam  
ecclesiasticam, & penitentiam satisfactionem eneruat,  
ut constat ex c. Cum ex eo de penit. & remiss. & ex Trid. de-  
creto de Indulg. in fin. ibidem Indulgentias concedendis moder-  
ationem, iuxta veterem probatam Ecclesia consuetudinem ad-  
hiberi, ne minima facilitate ecclesiastica disciplina enerue-  
tur.

3. Secunda sententia precedenti contraria docet, non solum  
potestatem, sed ipsam Indulgentiam concessionem fauori-  
bilem esse, & late interpretandam. Sic sententia Glosa in Clem-  
ent. de Reliq. & venerat. Sanctor. verbo, Confessio, Sylvest. ver-  
bo, Confessio. n. 8. & num. 20. & 22. Angel. num. 1. Henr. q. lib. 7.  
cap. 30. Bonac. disp. 6. de Indulg. quæst. 1. p. 7. & num. 3. Mouen-  
turi primò: quia Principis Beneficium late est interpretandum,  
quatenus absque tertij praividicio fieri potest, cap. Olim.  
de verb. significat. leg. vlt. ff. de constitut. Princip. Sed tam potes-  
tas concedendi Indulgentias, quam ipsa concessio, est benefi-